



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 149. Dissidia inter Sigismundum Austriæ Ducem, & Nicolaum Cusanum
Cardinalem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

„ xare conetur, Ego Joannes Dauvetus saecul. XV.
 „ Regius Procurator Generalis, ac specia- A.C. 1460.
 „ liter Regis nomine deputatus prote-
 „ stor per Notarios, qui tales sententias,
 „ vel censuras nullas esse testantur, juxta
 „ sacrorum Canonum decreta, quibus
 „ ejusmodi sententiæ & censuræ, a Pa-
 „ storibus, atque Judicibus emanatæ
 „ pluribus in casibus irritæ declarantur;
 „ nihilominus omnia sint subjecta judi-
 „ cio universalis Concilii, ad quod Rex
 „ Christianissimus recurrendi facultatem
 „ habere contendit, & per me appellat. „
 Hæc provocatio eo acerbius Pontificis
 animum afflixit, quo, ut mox diximus, a
 Procuratore Generali interposita esset eo
 tempore, quo admodum recens erat Bul-
 la, per quam ejusmodi appellationes pro-
 hibebantur.

§. CXLIX.

*Dissidia Cardinalis Cusani cum Si-
 gismundo Austriæ Duce.*

Acerbiore adhuc vulnere sauciavit Pon-
 tificis animum Sigismundus Austriæ
 Dux, qui Mantuano Conventui intererat.
 Hic enim cum Nicolao Cusano Cardi-
 nale S. Petri ad vincula graves dudum
 simultates fovebat ob feuda, & Jurisdi-
 ctionem

Sæcul. XV. A. C. 1460. tionem Ecclesiæ Brixienfis in Germa-
 Wolf. Weis- ibidem resideret, in commendam fer-
 semburch. vare voluerat; Sigismundus, cui res hæc
 Albert. haud ferenda videbatur, omni conatu
 Krantz. l. 12. introducendis ejusmodi commendis ob-
 Wandal. luctabatur, eo quod in Germania ferme
 1. 24. inauditæ, licet in Italia, Galliis, Hispania
 & Anglia oppido frequentes essent. E-
 quidem Mantuæ lis proponebatur, sed
 nec a Cardinalibus, nec ab ipso summo
 Pontifice componi poterat; cum Cusanus
 jus suum pro aris & focus persequeretur,
 & Sigismundus Dux Nicolai conatibus
 continuo resisteret. Tandem adeo exar-
 Nauclev. serunt contententium studia, ut Sigis-
 Chron vol. 3. mundus ipso Resurrectionis Dominicæ
 gener. 49. sacratissimo die Cardinalem arctæ custo-
 fol. 290. diæ tradi juberet, & aliquamdiu deten-
 tum, inde liberum non dimitteret, usque
 dum ingenti pecuniarum summa liberta-
 tem suam redimeret, ac jurato sponderet,
 quod injuriam sibi illatam nunquam vin-
 dicare, absolutionem vero Sigismundo
 a summo Pontifice procurare, ac demum
 nullam Ecclesiæ Brixienfi molestiam in-
 ferre velit.